



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de erroribus Pelagianorum, de gratia, de iustificatione & merito,
de virtutibus theologicis & quatuor cardinalibus, ac de ineffabili mysterio
incarnationis

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

Ordo hujus Partis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77177)

quod de D. Ioanne Evangelium scribente Rupertus dixit Ioan. cap. i. Eadem veritas quæ de terra orta est, carnem de Virgine assumens, eadem de virginali Thome anima genita, vocem corpoream induerit; & secundo ac intelligibili partu, Verbum incarnatum mentibus conspicuum ediderit. Duce igitur meo Angelico Preceptore non dubitabo (AMICE LECTOR) polliceri hanc Tractationem de Incarnationis Mystério, nihilo ceteris inferiorem esse, non etiam aliis quas hactenus in lucem edidi, hanc avidius excipiendam spero, quod me amicorum quorundam consequenda laurea Doctoratus operam navant, & qui ex nostris commentariis, non nihil ad menti percipiunt, in quibus si profundius, facilius tamen & plenius, difficultates resolvuntur, & quæ multi Scholæ Thomisticae studiosi, in his Breviarii Theologici habent. Vale; & dum brevis inter-

ORDO HVIVS PARTIS.

Postquam D. Thomas de Deo, ut est finis creaturarum intellectualium, & beatitudo hominis objectiva, de quæ mediis internis quibus illam assequimur, nempe actibus humanis, & earum principis, virtutibus scilicet in genere, & de vitiis ac peccatis, ipsi oppositis: nec non de legibus, per quas dirigimur, & de gratia, per quam ad bonum operandum iuramur, & tandem de singulis virtutibus in particulari, tribus scilicet Theologicis, & quatuor Cardinalibus, usque annexis, fuisse totâ secundâ Summæ Theologicæ parte differuit: explicationem mediæ externorum, seu ex sola Dei institutione pendendum, tertiâ parte aggreditur; & agit primò de Incarnatione, postea de Sacramento, tam in genere, quam in particulari, & tandem de consecutione gloriæ in ultima resurrectione, ad quam per ipsum Salvatorem, & Sacramenta quibus nos à peccatis purgat, pervenimus. Verum totum hoc quæ orbis da mmo tantum lumen extinctum, quod fulgentissimis suis radiis mundum illustrabat, relicto à se monumentis perpetuò illustrabit. Nos igitur qui in hac postrema Clypei Theologiæ Thomisticae parte, æquæ ac in præcedentibus, doctrinam ac methodum S. Thomæ sequi statuimus, initium facimus à mysterio Incarnationis, cui Tractatui succedent alii de Sacramentis tam in genere quam in particulari, in quibus quæ à Theologis in Scholis hac nostra tempestate agitari solent, eâ quâ poterimus claritate & brevitate prosequemur: Tum ne Scholæ Thomisticae studiosi, prolixâ aliorum Auditorum lectione, qui de illis materiis longiores, & copiosâ eruditione plenos, edidere tractatus, plus æquo distrahantur: Tum etiam, ut prudenti D. Bernardi consilio obtemperemus, qui serm. i. Natalis Domini admonet: faciendum esse breve verbum, quando Deus Pater Verbum fecit abbreviatum.